missorum evidens testimonium communiri. Presentibus et testibus strennuis Albero de Maltiez curie nostre judice, Johanne Grozen de Syweschin, Arnoldo dicto Judemann militibus, Reinhardo de Honsperge et domino Conrado de Walhusen prothonotario secretariis et fidelibus nostris dilectis pluribusque aliis fide dignis. Datum et actum Friberg anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo octavo in die beati Bartholomei apostoli.

94.

Verzeichnis markgräflicher Lehen in und bei Freiberg. **[Circa 1349 ff.]**

Hdschr.: Hauptstaatsarchiv Dresden Cop. 24 fol. 15[b]*.*
Gedr.: Mittheilungen des Freiberger Alterthumsvereins 14,1276.
Anm.: Aus einem beim Regierungsantritte Markgraf Friedrichs des Strengen aufgesetzten und von verschiedenen späteren Händen fortgesetzten Lehnsverzeichnisse. Vergl. die Anmerkungen von Gautsch a. a. O. 1281. — Ungefähr gleichzeitig werden unter den im Besitze der Herren Otte, Bote und Otte Wendt zu Ylburg stehenden markgräflich meißnischen Lehnstücken genannt: bona circa Friberg et in civitate Friberg in moneta xx talenta phundischer phennynge unde das schenkenlehen in grubin in dem silberwerke *(Cop. 24 fol. 4*[b]*).*

Dominus contulit Petro et Gelfrado fratribus de Lipzcig judicium hereditarium in civitate Friberg. Item contulit Georio, Hermanno et Nycolao fratribus de Nuenkirche opidanis in Budissin I mansum ante opidum Friberg situm. Item Nycolao Boberschen XXXIIII solidos denariorum usualium in Gundramsdorf. Item medietatem allodii curie dicte Turmhof et medium forestum ibidem, quod olim fuit Theoderici Kuniken. Item Theoderico Marsilii allodium in Wazzerberg. Item II mansos prope Friberg. Item V fertones reddituum in quadam argentifodina sive casa. Item contulit Nycolao Marsilii opidano in Friberg pro qualibet quindena XI grossos. Item Reinhardus et Theodericus de Honsberg habent a domino villam Arnoldisdorf cum II talentis reddituum. Item opidum Henichin cum VI marcis reddituum. Item forestum dictum die Holunge. Item Bertoldesdorf et Mudingesdorf villas cum suis attinentiis et Ij marcam reddituum. Item in theolonio Fribergensi X marcas reddituum[a]); et residuum theolonii obligatur eisdem pro LX sexagenis, pro quibus dominus potest redimere, quando placet. Item in decima montanorum j marcam septimanatim. Item in villis Bobertsch et Ditmarstorf terciam partem. Item rubeta prope Reinsperg. Item in opido eodem I sexagenam reddituum. Item piscariam solventem XVIII grossos. Item piscariam incipientem in Wizsenburn et tendentem versus allodium dictum zcu dem Halse. Item in districtu Mizsnensi villam Pirmicz. Item in opido Kempnicz IIj marcam annui census. Item Petrus et Jenichinus de Ertmarsdorf habent villam dictam Mulda et in ea II talenta reddituum, II maldradas siliginis et avene. Item villam desolatam dictam zcu der Grûne[b]). Item Sifridus de Reinsperg habet castrum Reinsperg cum suis attinenciis. Item Heinricus Luschener I mansum ante civitatem Friberg. Item Titzko Schirmer II mansos ibidem. Item Petrus, Rudolfus et Johannes Kuniken medietatem ville

94. *a) Vergl. No. 82, 84. b) Ohne Zweifel zwischen Mulda und Dorfchemnitz gelegen, wo noch jetzt eine Waldung die „Grüne“ heißt. Vergl. Gautsch a. a. O. 1283.*